se cum suis posteris eundem et ipsius successores ab omni impedimento juridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis exoritum toties quoties durante eiusmodi jure obligationis opus et necesse fuerit tueri defendere evincere eliberare intercedere ac pacificare solusq per se ac per submissas personas non inquietare sub vadio similis summae aliorum septuaginta Florenorum Polonicalium in defectu inscriptionis praedictae contraventionibus seu non praestitis evictionibus aut praepeditis possessionibus ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et coram Officio praedicto Castri Bransceñ in primo Citationis termino peremptorie stare parere respondere pro vadio succedo ac Citatis omnibus satisfacere omneq iudicatum cum suis successoribus tenebitur. Nullis contrariis exceptionibus allegationibus dilationibus evasionibus infirmitatibus motionibus appellationibus earumq prosequutionibus praemissa evadere volendo, imo se omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se cum suis successoribus renunciando et abrenunciando, ac praesentem inscriptionem ad acta quaevis autentica in sui absentia transferre et inscribere consentiendo.

Samson Jablonia Superreceptio.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi Capitaneali Bransceñsibus Nobilis Martianus olim Valentini de Jablonia Markowięta haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia apud Nobilem Adamum olim Valentini Samson ad priorem obligationem bonorum Jablonia Markowięta per se recognitam Nobili Theophilo olim Joannis de Jablonia Kikolski haeredi in summa viginti quinque sexagenis Polonicalium coram actis terrestribus Suraziensibus feria tertia post Dominicam Laetare quadragesimalem Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo secundo modo obligationis inscriptam, et per eundem Theophilum eidem Adamo in eadem summa demissam nunc de novo apud me mancipio

1855

Adamum olim Valentini Samson Summam Centum Quinqua-
ginta florenorum polon. superrecepit et priori Summae adiun-
xit. Quae bona in originali inscriptione expressa in summa simul
iuncta ducentorum florenorum polon. suprascriptum Nobi-
lem Adamum Samson modo obligatorio itidem recognitus tene-
re habere et possidere et pacifice utifrui usque ad Exempti-
onem et Summam praefatam Ducentorum florenorum polon.
integram et indivisam exolutionem inscribit et assecu-
rat. Et ab omni impedimento iuridico quarumvis perso-
narum occasione bonorum in originali inscriptione exarato-
rum submittit se tueri et evincere nec solus per se
iniuriare sub vadio simili. Et coram officio praesenti pe-
remptoria renunciatione omnibus iuris remediis et defensis
legalibusque impedimentis secum suis successoribus utiles
scribendo et abrenunciando

Samson **Consensus.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bran-
scensibus personaliter comparens Nobilis Martinus olim Va-
lentini de Jablonia Markowieta haeres sanus mente et cor-
pore existens palam ac publice libereque recognovit. Quia No-
bili Adamo olim Valentini Samson omnes obligationes
bonorum suorum per se quibuscunque personis in Summis
certis coram actis autenticis inscriptas suis propriis pe-
cuniis eximere et eliberare consentit. Haec sua perso-
nali recognitione in praemissis mediante.

Samsony **Demissio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscensibus personaliter
comparens Nobilis Adam olim Valentini Samson sanus
mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia No-
bili Matheo olim Bartholomei Samson obligationem seu
terram immobilem in bonis Samsony sitam per Nobilem Gre-
gorium olim Alberti Samson sibi recognitam in Summa Octo
Sexagenarum polon. coram actis certis modo obligatorio
inscriptam Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis ac